

CEBRI ARABIS
PHILOSOPHI ET ALCHIMI-
sta acutissimi liber inuestigatio-
nis Magisterij.

Inuestigationem huius nobi-
 lis scientiæ ex continua & fre-
 quenti operis sedulitate : &
 hinc operis studio nimio ; nec non co-
 gitationibus profundissimis , & variis
 annexis emissam vobis tradidimus, vt
 melius & aptius à vobis intelligantur,
 & vt intellecta & certa, & cætera & cir-
 ca eadem ingeniata & perscrutata fa-
 cilius & promptius ad effectum exer-
 citando perducantur. Et quid aliud est
 artis perfectionem inuestigare quàm
 inuestigare per rationem, attentare, &
 probare subtilitates & ingenia horũ,
 donec operando & perscrutando &
 experiendo ad intentum peruenierint
 complementum? In hoc enim libro
 nostro, quæcunque prænarata inue-
 stigauimus, secundum nostræ mentis
 rationem scripsimus, ad artē dico per-
 tinen-